

Belvedere in litore Aquileiensi (V 8545 et melius C. I. L. supp. Ital. 125 vidit Pais). — 1) *Lapis integer esse videtur; ceterum tam initio quam in finibus singulorum versuum deesse aliqua putat Mommsen, scilicet supra et iuxta olim alios lapides adiunctos fuisse.* — 2) *De duabus viis Postumiis, Cremona Genuam et Cremona Aquileiam pergentibus dixit Mommsen C. I. L. V p. 411, 827 cf. ibid. ad n. 8045.* — 3) XXXX *Gregorutti archeografo triestino 47. 1891 p. 470.*

5367 C. Obinius C. f. Ruf., | Sex. Munnius C. f. | Ilviri q. q. ex d. d. | p. p. HS  DCHIX¹ | ad [f]orum pecuari[um] | viam sternund[am] | coer.

Atinae (X 5074 semel descripta saec. XVII, accurate ut videtur). — 1) *Sesterium quinquaginta tribus milibus sexcentis octo.*

5368 imp. Caesare | Traiano Hadriano | Aug. III cos.¹, | via nova strata lapide | per medium forum pecuar. | a summo vico Longo ad | arcum iunctum Capitolio | ex conlatione manipretii | possessorum circa forum et negotiantium, item collegia² quae attingunt eidem foro, | Ilviratu . . L. (?) Ta . .

Falerione in Piceno rep., est Romae (IX 5458 vidit Mommsen). — 1) *A. 419.* — 2) *Scr. collegiorum.*

5369 P. Decimius P. l. Eros | Merula¹ VIvir | viam a cisterna | ad domum L. Muti | stravit ea pecunia |

Asisti (XI 5399 vidit Bormann). — 1) *Eiusdem Merulae medici alias inscriptionem dabimus infra inter inscriptiones medicorum.*

5370 L. Lamponius L. l. Onesimus, | P. Carminius P. l. Licinus, | P. Terentius P. l. Vegetus, | P. Carminius P. l. Primus | IIIIIIviri | viam cum crepidinibus | a quadrupvio ad murum | straverunt | ob honor.

Tarvisii (V 2416 vidit Mommsen).

5371 P. Minnius P. f. | Cla. Salvius | primip., decur. grat., | ornam. Ilviralibus¹, | vias circa aedem | Minervae | lapide turbinato² | testamento sterni | iussit.

Portogruari (Concordiae) (V 4892 vidit Mommsen). — 1) *Ornamenta duoviralia cum non soleant concedi vivo nisi ei, qui per legem duovir fieri non possit, Mommsenus l. c. censem et hic et in aliis similibus inscriptionibus, ubi ingenuis ea tribuuntur, significari ornamenta post mortem decreta sepulturae causa.* — 2) *Lapidibus in figuram turbinis desinentibus; cf. N. 5372; Plin. h. n. 37, 56 cet.*

5372 [nu]mini August[i | Q.] Munatius Apsyrtu[s¹] | VI]vir et Augustali[s | via]m lapide turbinat[o | a f]oro ad portam | [si]ravit, crepidine . . | . . castella posuit, port . . | [m]armoribus statu[eis | fist]uleis et salientibus | ornavit d. p. s.

Parmae (XI 4062 ter ut videtur descripta saec. XV. XVI). — 1) *Idem videtur memorari XI 4098.*

5373 honoris | imp. Caesaris divi f. | Augusti pont. maxim. | patr. patriae et municip., | magistri Augustales | C. Egnatius M. l. Glyco, | C. Egnatius C. l. Musicus, | C. Iulius Caesar. l. Isochrysus, | Q. Floronius Q. l.